



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 18. Odium nihil esse aliud, quàm inueteratam iram.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

Cic. lib. 4
99. Tulc.

Aristot.
lib. 1. de
anima
cap. 1.

Sueton.
in Claud.
c. 38.

Aristot.
lib. 2.
Rhetor.
cap. 21.
XVIII.
ODIVM
NIHIL ES-

quentes; quædam sana manu, verbis parciores; quædam in verborum maledictorumq; amaritudinem effusa; quædam ultra querelas & auersiones non exeunt; quædam alta grauesq; sunt, & introrsus versa. Ad eundem modum Cicero

ait: In alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt, ut anxietas ab angore. Neque enim omnes sunt anxij, qui anguntur aliquando: neque anxij semper anguntur. ut inter ebrietatem & ebriositatem interest, aliudq; est, esse amatorem, aliud amantem. Itaque iracundia est propensio quædam & habitus ad iram; ira cupiditas doloris reponendi. Latiùs alij iracundiam longam iram esse volunt, & quasi odium. Ita enim de

Claudio loquitur Suetonius: Ira atq; iracundia conscius sibi, utramq; excusauit edicto, distinxitq;: pollicitus, alteram quidem breuem & innoxiam; alteram non iniustam fore. Ac sanè ira inueterata, est odium, quod qui iracundiam vocare velit, non multum est cum eo de nomine litigandum, quia hæc sermone communi sæpe confunduntur. Nostri illam iram celerem & acutã, istam maniam vocant, de qua illud Aristoteles monet: *Iram immortalẽ, cum sis mortalis, non serua.*

Dixi de celeri & acuta, quæ etsi excandescencia est quædam, ac ira velut incipiens & nascens

nascens, quanta tamen in damna præcipitet, in exemplo demonstraui. Est verò nihilominus, longè minoris culpæ ac reprehensionis: quia & rationi sæpe non relinquit tempus deliberandi & velut imber transit; & citò redit ad tranquillitatem, & denique

Quò quisque est maior, magis est placabilis ira.

Non verò audiendi sunt, qui grauiter inimicis irascendum putant, idq; magni animi & fortis viri esse credunt, ait Tullius. Immo fortis viri est, ab ira non vinci, & in prouerbio habetur: *Boni viri citò moritur iracundia*: facile enim in eo charitas bene cogitat: cum interea odium sit cupiditas quadam, vt alijs male sit, cum progressu aliquo & incremento; seu ira inueterata, & plena vindictæ, obseruans ultionis tempus. In qua proinde meditatè fiunt, quæ alteri mala cogitantur; quæque radices agit, & se placari non sinit; neq; enim vt imber citò transit, sed, vt stagnum quoddam putrescit in bufones ac serpentes. *Vt non magno negotio flamma extinguatur in pilis leporinis, aut scirpis, aut stipulis accendi cœpta; at non item, si solida corripuerit: sic ira primùm gliscens facile vel ioco, vel risu compescitur, cum videmus fumantem adhuc: quòd si processerit, vix*

SE ALIUD,
QVAM IN-
VETERA-
TAM IRAM

Cic. lib. 2.
de offic.

Plutarch.
in moral.

vlla

- Valer. 1. 9. *ullo negotio possit extinguere. Peiorem esse hunc irascendi modum etiam Valerius affirmat, dum ait; Ira quoque & odium, in pectoribus humanis, magnos fluctus excitant: pro cursu celerior illa, nocendi cupidine, hoc pertinacius. Pulcherrime more suo, S. Ioannes Chrysostromus*
- S. Chryf. hom. 24. *Iratus animus, ait, est similis foro cuidam pleno tumultu, ubi multus est euntium, & redeuntium clamor, camelorum ac asinorum fremitus, argentariorum & arariorum utriusque eudentium strepitus. At mitis mens, in solitudine montis vertici similis est, auram quidem habentis tenuem, purum vero radium, pura fontium fluentia, multasque florum amoenitates: His amoenitatibus semper carent, apud quos ira & tristitia non citò cadunt. Semper enim vafantur, semper sollicitè querunt occasionem se vindicandi; nec unquam sapiunt. Per iram, inquit S. Gregorius, sapientia perditur, ut quid, quomodo ordine agendum sit, omnino nesciatur. Ira, ait Salomon, in sinu stulti requiescit: Per iram vita amittitur, etiamsi sapientia teneri videatur, sicut scriptum est; Ira perdit etiam prudentes. Per iram iniustitia relinquatur, sicut scriptum: Ira vixi iniustitiam Dei non operatur. Per iram gratia vite socialis amittitur: Noli, inquit Sapiens, esse assiduus cum homine iracundo. Per iram concordia*
- S. Greg. lib. 5. moral. c. 31.
- Prou. 22. 24.
- Iac. 1. 20.
- Prou. 22. 24.
- Prou. 16. 28.

cordia rumpitur, ſicut ſcriptũ eſt: Vir animoſus (ſeu cupidus circa opiniones tuendas) ſuſcitat rixas. Per iram lux veritatis amittitur, ſicut ſcriptum eſt: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, Per iram S. Spiritus ſplendor excutitur: quia contra ſcriptum eſt: ſuper quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum? Quis autem ſpiritus requieſcat ſuper odia nutrientem, & alta mente iras vindictaſque meditantem, in exemplo memorabili perpendite, atque intelligite, quàm prope hæc ira accedat ad illum de quo dicitur: *Vae terra & mari, quia deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam*: magnam duratione; à condito enim orbe generi humano iratus eſt: magnam voluntate; quidquid enim mali inferre poteſt, conatur inferre: magnam damnis & effectu; nocuit enim toti humanæ genti, & corpori pariter atque animæ graues plagas infligit. Hanc odioſam iram qui imitantur, reos eſſe iudicio ſequens hiſtoria docet.

Curioſus Iuriſconſultus, author viris Principibus, de multa lectione hiſtorica, acceptus: heterodoxæ quidem fidei, ſed malorum facinorum non indiligens, nec ſemper maleuolus narrator Philippus Camerarius recenſet, cùm Româ, per Picenum, iter unâ cum alijs

Ep' eſ. 4.

31.

Iſa. 66. 2.

Apoc. 12.

12.

XIX.

EXEM-

PLVM

ODII IN-

VETERA-

TI.

Philipp.

Camerar.